

iuniorem illustris principis domini Henrici Misnensis et Orientalis marchionis bonae memoriae super exoneratione¹⁾ navium, quae vulgariter niderlage dicitur, ex parte vertitur altera, mediante nobili viro domino Menhero Misnensi burcravio taliter est tractatum, quod infra hinc et festum sancti Johannis baptistae²⁾ nunc venturum naves volentes ascendere Pirne et descendere libere ascendent et descendent et nullum prorsus per dictum dominum Fridericum seu cives in Dresden vel quemcumque suorum hominum impedimentum patientur; adiecto, quandocumque tempore medio praefatus dominus Fridericus requisierit, diem placiti sibi tenebimur assignare talem, videlicet quod uterque nostrum amicos sibi necessarios possit adducere et vocare ad discutendum, ad quem nostrum dicta exoneratio sive niderlage potiori iure debeat pertinere. Si vero discussum fuerit per arbitros seu arbitratores utrimque eligendos, quod ad saepedictum dominum Fridericum praelibata exoneratio pertineat, tenebimur refundere omnia, quae interim recipiemus ab ipsis navibus indebite vel iniuste. Et hoc una nobiscum nobilis vir dominus Menherus burcravius Misnensis, dominus Cunradus de Borucz, dominus Johannes de Strele, dominus Petrus de Cice et dominus Henricus de Zwem ecclesiae nostrae canonici, dominus Hermannus miles de Tannenvelt, Henricus advocatus, Suffridus magister civium, Henricus Holzaphel et Cunradus dictus Wainlese cives nostri in Pirne fideliter promiserunt. Si vero conpertum fuerit, quod ad nos dicta exoneratio pertineat, nihil refundemus, sed de impedimento nobis facto dicti arbitri statuent, quod eis videbitur expedire. Ex parte vero supradicti domini Friderici una secum pro praemissis omnibus Rudegerus de Comeren, Volsch Caraz milites, Jacobus Magnus, Johannes de Reinmasdorf, Johannes de Biewicz, Theodericus dictus Borner nec non Henricus Parvus cives in Dresden etiam fideliter promiserunt. Et ne super isto tractatu suscitari possit quaestio nocitura, praesentem litteram conscribi volumus et sigillo nostro nec non sigillo saepedicti Misnensis burcravii communiri. Datum Misnae anno domini M° CC° LXXXII°. XIII°. Kalendas Maii.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Dresden mit den beschädigten Siegeln des Bischofs und der Burggrafen an Pergamentstreifen.

Im Auszug bei Hasche Urkundenb. S. 42.

1) Orig. *exoneratione*. 2) Orig. *babthiste*.

No. 9. 1292. 1. Oct.

Friedrich jüngerer Sohn des Markgrafen Heinrich, Herr der Stadt und Pflege Dresden bekennt, dass er seinen vom Vater ererbten, von der Meissner Kirche zu Lehn rührenden Landtheil, welchen er seinem Neffen Markgraf Friedrich von Meissen und Landsberg verkauft hatte, nach dessen Ableben von Bischof Withego von Meissen wiederum zu Lehn empfangen hat und dass alle wegen der Elbschiffahrt, des Zolls und Niederlagsrechts zwischen dem Bischof und ihm bestanden Streitpunkte durch seine vollständige Verzichtleistung und Anerkennung der Rechte der Meissner Kirche erledigt worden sind.

Nos Fridericus dei gratia iunior filius illustris principis domini Henrici quondam Misnensis et Orientalis marchionis bonae memoriae dominus civitatis et territorii Dresden recognoscimus et tenore praesentium publice protestamur, quod dicto patre